



Ad plurimum Reverendum atq; Excel-
lentissimum Dn. Autorem, Compatrem,
Collegam atq; Fautorem Honoratissimum,

D. GEORGII LEHMANNI, P. P.
& Superintendentis

ωεγο Φώνησις.

Sunt sacra divini Verbi monumenta salutis
Fontes, & scatebræ sunt salientis aquæ.
His livore ardens Stygius miscere tyrannus,
Germine cum Stygio, dira venena studet.
At summus vigilat Pastor, Vigilésqve subinde
Excitat, ut servent pura fluenta gregis.
Huc ades ergo, tuæ si tangit cura salutis,
Aut si Te vitæ sancta cupido tenet.
Huc ades, hîc Solymæ latices gustabis amœnos,
Huc properè ad vitæ dulcia pocla veni.
Collaudent alii limato carmine **POLI**
Elogio dignum posteritatis opus.
THILONIS superat Nostri labor, omnia promens,
Quæ Chaldæus, Arabs, Græcus, Ebræus habent.
Nam quoq; ne maculent *Cretensia dogmata* mentē
Ignaram, *ponit, vindicat atqve negat.*
Debita redde Viro, **LECTOR**, præconia tanto,
Quo nitet egregio vindice nostra Fides.

GRO-